frustra conturbatur. Thesaurizat et ignorat
cui congregabit ea. Et nunc que est exspec
tacio mea nonne dominus · et substancia mea a
pud te est. Ab omnibus iniquitatibus meis
erue me · obprobrium insipienti dedisti me
Obmutui et non aperui os meum · quoniam tu fecisti
amove a me plagas tuas. A fortitudine
manus tue ego defeci in increpacionibus ·
propter iniquitatem corripuisti hominem
Et tabescere fecisti sicut araneam animam
eius · verumtamen vane conturbatur omnis
homo. Exaudi oracionem meam domine et depreca
cionem meam auribus percipe lacrimas meas
Ne sileas quoniam advena ego sum apud te
et peregrinus sicut omnes patres mei. Remitte
michi ut refrigerer prius quam abeam
Exspectans Ps. et amplius non ero. Ps. David.
Exspectans exspectavi dominum · et intendit michi
Et exaudivit preces meas et eduxit me de
lacu miserie et de luto fecis. Et statuit super
petram pedes meos · et direxit gressus meos
Et immisit in os meum canticum novum
carmen deo nostro. Videbunt multi et timebunt

et sperabūt in dño Beatus vir cuius est nomē
domini spes eius · et nō respexit in vanitates
et insanias falsas Multa fecisti tu dñe deus
mš mirabilia tua · et cogitacionibꝫ tuis nō
est quis similis sit tibi Annunciavi et locu
tus sum · multiplicati sunt sup numerum
Sacrificiū et oblacionē noluisti · aures aūt
pfecisti michi Holocaustum et pro pcō nō pos
tulasti · tunc dixi ecce venio In capite libri
scriptum est de me ut facerem voluntatem
tuam · deus mš volui et legem tuā in medio cor
dis mei Annunciavi iusticiam tuā in ecclīa
magna · ecce labia mea nō phibebo dñe tu
scisti Iusticiam tuam nō abscondi in corde
meo · veritatem tuā et salutare tuū dixi Nō
abscondi misericordiam tuam et veritatē tuam ·
a concilio multo Tu autem domine ne lōge
facias miseracōes tuas a me · misericordia tua
et veritas tua semp susceperūt me Quoniam cir
cumdederūt me mala quorum nō est numerus ·
cōphenderūt me iniquitates mee et nō po
tui ut viderem Multiplicate sunt sup capil
los capitis mei · et cor meū dereliquit me

40,14

Complaceat tibi dñe ut eruas me · dñe ad
iuvandū me respice Confundantur et reuere
antur simul qui querūt animā meā ut au
ferant eam Convertantur retrorsū et reuere
antur · qui volunt michi mala Ferant con
festim confusionē suam · qui dicunt michi
euge euge Exultent et letentur sup te oēs querē
tes te et dicant semp magnificetur dñs qui
diligūt salutare tuum Ego autē mendicus
sum et paup · dñs sollicitus est mei Adiutor
mš et protector mš tu es deus meus ne tar
Beatus qui intelligit ps daueris dd
sup egenū et pauperem · in die mala
liberabit eum dñs Dñs conservet eum
et vivificet eum et beatū faciat eū in terra ·
et nō tradat eū in aīam inimicorum eius
Dñs opem ferat illi sup lectū doloris eius
universum stratū eius versasti in infirmi
tate eius Ego dixi dñe miserere mei · sana
aīam meam quia peccavi tibi Inimici mei
dixerūt mala michi · quando morietur et pe
ribit nomē eius Et si ingrediebatur ut
videret vana loquebatur cor eius congrega

ut iniquitatem ſibi Egrediebatur foras
et loquebatur in idipſum Adverſum me ſu
ſurrabant omnes inimici mei · adverſum
me cogitabant mala michi Verbum iniquum
conſtituerunt adverſum me · numquid qui
dormit non adiciet ut reſurgat Etenim
homo pacis mee in quo ſperavi · qui edebat
panes meos magnificavit ſuper me ſupplan
tacionem Tu autem domine miſerere mei et
reſuſcita me et retribuam eis In hoc cog
novi quoniam voluiſti me · quia non gaudebit
inimicus meus ſuper me Me autem propter
innocenciam ſuſcepiſti · et confirmaſti me
in conſpectu tuo in eternum Benedictus
dominus deus iſrael a ſeculo et in ſeculum: fiat fiat Ps
Quemadmodum deſiderat cervus ad
fontes aquarum · ita deſiderat anima
mea ad te deus Sitivit anima mea ad
deum fontem vivum · quando veniam et
apparebo ante faciem dei Fuerunt michi
lacrime mee panes die ac nocte · dum
dicitur michi cotidie ubi eſt deus tuus
Hec recordatus ſum et effudi in me animam

Et precium redempcionis anime ſue: et labo
rabit in eternum et vivet adhuc in finem Non
videbit interitum cum viderit ſapientes mo
rientes ſimul inſipiens et ſtultus peribunt
Et relinquent alienis divicias ſuas · et
ſepulcra eorum domus illorum in eternum
Tabernacula eorum in progenie et progenie ·
vocaverunt nomina ſua in terris ſuis Homo
cum in honore eſſet non intellexit · comparatus
eſt iumentis inſipientibus et ſimilis factus
eſt illis Hec via illorum ſcandalum ipſis · et poſ
tea in ore ſuo complacebunt Sicut oves in
inferno poſiti ſunt · mors depaſcet eos Et
dominabuntur eorum iuſti in matutino · et auxili
um eorum veteraſcet in inferno a gloria eorum
Verumtamen deus redimet animam meam de ma
nu inferi · cum acceperit me Ne timueris
cum dives factus fuerit homo · et cum multi
plicata fuerit gloria domus eius Quoniam cum in
terierit non ſumet omnia · neque deſcendet
cum eo gloria eius Quia anima eius in vita
ipſius benedicetur · confitebitur tibi cum bene
feceris ei Introibit uſque in progenies [illegible]

trum suorum usque in eternum non videbit lu
men. Homo cum in honore esset non in
tellexit. comparatus est iumentis insipien
tibus et similis factus est illis. Ps. david.
Deus deorum dominus locutus est et vocavit
terram. A solis ortu usque ad occasum.
ex syon species decoris eius. Deus manifeste
veniet. deus noster et non silebit. Ignis in con
spectu eius exardescet et in circuitu eius tem
pestas valida. Advocavit celum desursum.
et terram discernere populum suum. Congregate
illi sanctos eius. qui ordinant testamentum
eius super sacrificia. Et annunciabunt celi
iusticiam eius quoniam deus iudex est. Audi
populus meus et loquar israel et testificabor tibi
deus deus tuus ego sum. Non in sacrificiis
tuis arguam te holocausta autem tua in
conspectu meo sunt semper. Non accipiam
de domo tua vitulos neque de gregibus tuis
hyrcos. Quoniam mee sunt omnes fere silua
rum iumenta in montibus et boves. Cog
novi omnia volatilia celi et pulchritudo
agri mecum est. Si esuriero non dicam

tibi meus est enim orbis terre et plenitudo
eius. Numquid manducabo carnes tauro
rum. aut sanguinem hyrcorum potabo. Immola
deo sacrificium laudis. et redde altissimo vota
tua. Et invoca me in die tribulacionis. eru
am te et honorificabis me. Peccatori autem
dixit deus quare tu enarras iusticias me
as. et assumis testamentum meum per os tuum.
Tu vero odisti disciplinam. et proiecisti sermo
nes meos retrorsum. Si videbas furem curre
bas cum eo. et cum adulteris porcionem tuam
ponebas. Os tuum abundavit malicia.
et lingua tua concinnabat dolos. Sedens
adversus fratrem tuum loquebaris et adversus
filium matris tue ponebas scandalum hec
fecisti et tacui. Existimasti inique quod ero tui
similis. arguam te et statuam contra faciem
tuam. Intelligite hec qui obliviscimini deum
nequando rapiat et non sit qui eripiat.
Sacrificium laudis honorificabit me et
illic iter quo ostendam illi salutare dei.
Miserere mei deus secundum Ps. david.

multitudinē miseracionū tuarū· dele ini
quitatem meā Amplius laua me ab
iniquitate mea· et a peccato meo munda
me Quoniā iniquitatem meā ego cognos
co· et peccatū meum contra me est semper
Tibi soli peccaui et malū coram te feci·
ut iustificeris in sermonibus tuis et uincas
cum iudicaris Ecce enim in iniquitati
bus conceptus sum· et in peccatis concepit
me mater mea Ecce enim ueritatem
dilexisti incerta et occulta sapiencie tue
manifestasti michi Asperges me
ysopo et mundabor· lauabis me et sup̄ ni
uem dealbabor Auditui meo dabis gau
dium et leticiam· et exultabunt ossa humi
liata Auerte faciem tuam a peccatis me
is· et omnes iniquitates meas dele Cor
mundū crea in me deus· et spm̄ rectū in
noua in uisceribus meis Ne proicias me
a facie tua· et spm̄ scm̄ tuum ne auferas
a me Redde michi leticiam salutaris tui
et spiritu principali confirma me
[illegible]